

5.

Om Roholte Sogns Adskillelse fra Kongsted.

Det er ikke hyppigt at finde et Dokument, der saaledes som efterfølgende giver autentisk Oplysning om et Sogns Oprindelse. Nærværende af Biskop Oluf Mortensen i Roskilde i Aaret 1467 udstedte Brev viser nemlig, at Roholte Kirke er en Aflægger fra Kongsted, og nævner tillige Grevinde Helene som den, der gav Præstegaarden i Roholte. Brevet fortjener at opbevares som et ypperligt Bidrag til Kundskab om Kirkeforholdene i gammel Tid; thi hvad her skete, kan uden Tvivl betragtes som et Exempel paa, hvad mange Steder i Landet er sket, hvor Erindringen derom nu forlængst er forsvunden. — Stykket meddeles her efter en Vidisse, indført i »Rigens Forfølgningsbog« for 1607—9, i Gehejmearkivet, hvor Hr. Registrator Plesner i sin Tid har henledet min Opmærksomhed derpaa.

Hr. Christen Jensen udi Roolte hans Vidimus.

Vi Christian etc. Giøre alle vitterligt, at for os var skikket os elsk. Hr. Christen Jensen, Sognepræst udi Roolte, med et Papirsbrev, som fandtes helt, holden,

uskrabet, ustunget, umakuleret og udi alle Maader uforfalsket, som han berettede skulde være en Udskrift og Copia af et gammelt Pergamentsbrev; og var samme Papirsbrev lydendes Ord fra Ord, som efter følger:

Universis et singulis præsentis literas inspecturis, visuris, pariter et audituris Olaus Martini, dei gratia episcopus Roschildensis, salutem in omnium salvatore. Cum itaque parochialis ecclesia Roolthe nostræ diocesis cum sua parochia ab ecclesia parochiali Kongsted, ut et tanquam filia ex matre dependens, infra fines et limites prædictæ parochiæ Kongsted, nonnullis annis elapsis, de novo erecta fuerit et constructa, ac in honorem S. Annæ honorifice dedicata, pro cuius dotatione nobilis matrona domina Helena comitissa quandam curiam in Roolte situatam ob animæ suæ et parentum suorum remedium et salutem eidam ecclesiæ donando realiter assignavit, ipsam omnibus¹⁾ pro residentia sacerdotali specialiter deputando. Verum quia utraque ecclesiarum prædictarum in suis redditibus adeo abundans est, ac in sua parochia adeo popularis, lata et diffusa, quod in suis facultatibus et benedictionibus pro sustentatione proprii sacerdotis sufficere poterit competenter: Serenissimus princeps ac dominus, dominus Christianus, Daniæ, Noruegiæ, Slavorum, Gottorumque rex, dux Slevuicensis, comes Holsatiæ, Stormariæ, Oldenburg et Delmenhorst, dominus et rex generosissimus, ad quem juspatronatus, personam idoneam ad utramque ecclesiarum, cum aliqua ex eis vacauerit, præsentandi pleno jure dignoscitur pertinere, easdem ecclesias cum suis respective parochiis per suas literas generose curaverit ab invicem segregandas, prout in eisdem literis regiis plenius continetur. Nos itaque præmissis ac aliis rationabilibus de causis animum nostrum ad id faciendum moventibus literas regias prædictas autoritate nostra ordinaria in omnibus et singulis suis punctis et articulis approbando et con-

¹⁾ Her er vist en Fejlæsning for: rectoribus (o: Præsterne).

firmando, ecclesiam Roolte prædictam cum sua parochia in omnibus et per omnia, quantum cum deo et de jure paterno, ab ipsa ecclesia Kongsted et eius parochia distinguimus, eximimus, segregamus ac de cetero in perpetuum ab impetitionibus prædictæ ecclesiæ Kongsted liberam, distinctam ac penitus exemptam decernimus, statuimus et ordinamus, cum venerabilis viri domini Johannis Petri, eiusdem ecclesiæ Kongsted moderni rectoris et possessoris, ad id expresse ac proprio consensu, ita et taliter quod dicta ecclesia Roolte, ut promittitur¹⁾, ab alia distincta et exempta, quotiescunque de cætero vacaverit, sacerdoti vel clerico scholari ad præsentationem regis Daciæ pro tempore existentis per nos et successores nostros, episcopos Roschildenses, in titulum perpetui beneficii ecclesiastici cum cura animarum canonica conferatur. Cæterum volumus et ordinamus, quod rector parochialis ecclesiæ Roolthæ prædictæ pro tempore existens singulis diebus dominicis et festivitibus nomen prædictæ dominæ Helenæ comitissæ dictam ecclesiam dotantis in ipsa ecclesia de ambone in suis concionibus recitabit, pro ipsa et parentibus suis deum humiliter exorando. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium sigillum nostrum præsentibus duximus appendendum. Datum Roskildæ feria 6 post octavas Epiphaniæ domini Anno Mcdlx septimo. — Ego Jacobus Olai²⁾ confiteor me curasse has transscribi literas, quoniam veteres fere nullius valoris fuerunt. — Bekjender jeg Mogens Lauridsen, Præst udi Haarlev³⁾, at jeg og haver set saadant et Brev in originali, dog af Ælde mængstedes fordærvet.

His auditis, lectis et visis sigillo nostro ad causas lucide protestamur. Datæ Draxholmæ 13 die Octobris Anno 1607. Teste Arnolde Huitfeldio justitiario nostro dilecto.

¹⁾ Læs: præmittitur. ²⁾ Uden Tvivl Præst i Roholte.

³⁾ •Harlouff. Mogens Lauridsen var Præst her 1584, se Ny kirkehist. Saml. IV, 403.